





58<sup>4</sup>  
1739, 29.  
**LECTORI BENEVOLO**

S. P. D.

**D. IOHANNES FLORENS  
RIVINVS  
COD. P. P.**

LECTORI BENEFACIO

SPUR

D. IOHANNES FLORENS

RIVINAS

CEDRUS

## III

**C**ollegium autem universitas, licet per se non nomen iuris sit, neque animum nec intellectum habere censeatur, tamen, quatenus hominibus ratione praeditis, qui consensu et consilio carere non possunt, constituitur, qui corpus mysticum repraesentant, non secus ac fictum corpus, ita et animam, multitudine animata collectam et constitutam ei tribuit iurisprudentia, quo respectu personae vice fungitur L. 22. n. de fideiuss. hinc et propriam scientiam aut ignorantiam iureiurando afferit, proficitur, aut declinat. At circa modum praestandi, et a quoniam iuramento nomine universitatis in ipsis quasi animam praestari debeant, fluentuant Doctores. conf. diss. inaug. SCHLEGELII me Praefide MDCC XXXI. de iuramento universit. ventilata. Inter alia, hoccirca in Emend. et Rec. Ord. Pr. Sax. Tit. XIIIX. §. 5. aduersae parti potestas et ius denominandi tres quatuorue personas egremio universitatis, vel etiam inter eas syndicum aut poligraphum, licet membrum collegii non sit, conceditur. Non paucis dispositio illa adeo generalis visa est, ut potestatem eligendi iuraturos, sine discriminione iuramentorum, an sint delata, relata, legalia vel calumniae indistincte aduersae parti indulgeant. Nec diffitemur, plusquam vice simplici, praesertim ubi alter adquieuit in voluntate aduersarii, ita pronunciatum fuisse. At enim vero, ut nobis omnis interpretandi licentia, circa hanc legem publicam interdicta, ita iniquum videtur, litera verborum dispositiiorum neglecta, extensionem quandam proprio ausu admittere. Scilicet disponit allegatus locus, prout verba indigitant, vnicce de eo casu, si universitati vel collegio delatum iuramentum incumbit, quo solo, deferenti ibidem permittitur, nominare quos

## IV

ex pluribus velit admittere, per verba: Wenn ihnen der  
**Cyd deferiret wird**, et: den deferenten auch freystehen soll.  
 Quotiescumque igitur relatio iuramenti facta, vel a iu-  
 dice legale purgatorium aut suppletorium iniungitur,  
 vel de calumnia iurandum, electio parti aduersae non  
 concedenda, potius ipsa vniuersitas sistere poterit eos,  
 qui optima rei, intuitu cuius sacramenti, religione opus  
 habet, notitia gaudent; hisque casibus obseruanda ve-  
 niunt ea, quae alias iuris vel patrii vel communis esse  
 solent, nimirum: nulla speciali lege sanctum, aduersa-  
 rum eligere posse iuraturos, potius libero vniuersita-  
 tis arbitrio relinquitur, quos ipsa ad actum iurandi ido-  
 neos existimet, in primis per eos iurabit per quos res  
 vniuersitatis geruntur *L. 97. n. de condit. et dem.* Neque  
 extat legis dispositio, qua constitutum deprehendatur,  
 ut ciuitas, vel alia communione coniuncti, per certas  
 personas iurent, sed quae libertas per procuratorem  
 quem quisque elegerit iurandi aliis relicta litigantibus  
 individuis, quo iure, sine lege vniuersitatibus adimi queat,  
 non appetat *D A V. M E V. Part. III. dec. 54. num. 21.* Cum-  
 que nominati et praesentati in animam reliquorum et sic  
 periculo omnium e corpore collegii iurent, res eius pro-  
 pria erit, quibus potissimum iuramenti praestationem  
 committere velit, quippe maxime probabile, quod vni-  
 uersitas optime gnara sit personarum, quae iuramen-  
 tum salua conscientia praestare queant *CARPZOV. P. I.*  
*C. XIII. def. 4.* *Quod nec a iure Saxonico electorali*  
 alienum, quo saltet *Conf. 13. P. I.* necessitas iurandi iis,  
 qui negotium litigiosum optime cognitum habent, im-  
 posita. Imo, si noua sanctio reuise ordinatio defi-  
 ceret, excluderemus in regula vi huius constitutionis  
 aduersam partem etiam quoad iuramentum delatum,  
 quippe quae, vbi totum aliquod collegium conuenitur,  
 audiri

## V

audiri prohibet auctorem, qui certis quibusdam indiuiduis iuramentum deferre velit, nisi illa speciatim ex proprio facto conueniantur; indubitate indicio, quod in arbitrio sit iuraturi. Certe in *Ord. Proc. Duc. Atenb. P. I. C. IX. §. 8.* indistincte electio vniuersitatibus vindicata. Nec est quod obiciamus, vniuersitatem posse e gremio suo eligere homines leues, credulos, et ad peierandum pronos, vel obiecti litis plane ignaros, hocque pacto sibi victoriam promittere. Nam, si pessima quaeque prae-sumeremus, idem periculum metuendum foret vniuersitati, si aliorum arbitrio res committeretur, quippe qui, per collusionem, vel alio illicito modo, sibi paucorum, quos nominarent, conciliare animos; vel ad superstitionem usque religiosos, qui nequidem de veritate et existentia facti conuicti, iurarent, deligere, sicut ob solam obsequii gloriam vniuersitati relis tam, per fraudes et machinationes iniquum lucrum extorquere possent. Extat vero omnino disparitatis ratio inter iuramentum delatum, et alias eiusdem species. Siquidem deferendo, quasi transactio cum tota vniuersitate inita censemur, ut omnes quasi ad eius praestationem obligati censeantur, qui illam constituant, adeoque eo minus habeant, de quo conquerantur, si nonnullos saltem, in quos fiduciam collocauit, euocet deferens. Alter longe se res habet in iuramento relato vel calumniae: Dum enim vniuersitas detulit iusurandum, procul dubio prius sollicite inquisiuit in veritatem facti controuersi, an calumniam declinare, vel in euentum relationis principale iuramentum praestare velit, alter vero qui iurare recusat, referendo, arbitrio deferentis se submisso censendus est. Interim non plane negligendae sunt, causam factumue concomitan tes circumstantiae, audiendusque is, aduerfus quem e gremio suo producet vniuersitas delectos, exceptionibus suis

## VI

contra personas, quas, si iustas in promptu habeat, cui alios maiore fide dignos, exactiore notitia rerum imbutos, aut aliis de causis preferendos; adhiberi malit, petitio eius annuendum. B. RIVIN. ad Ord. Proc. Tit. XIIIX. En. 132. MENCKEN Tractat. Synopt. ad Ord. Pr. Tit. XXII. §. XXIX. num. II. denique etiam index vel collegium prudentum interponent officium ac arbitrium NOB. DE BERGER supp. ad Ord. Pr. Tit. XIIIX. obs. 27. In vniuersum, illos, qui iuramentum de veritate praestare queunt, reliquis de credulitate saltem iuraturis, perpetuo anteponendos, adeoque vniuersitatis partes in eligendis membris perpetuo potiores esse existimamus conf. Dn. LEYSER Med. ad π. spec. CXLIII. med. 4. Dispositionis Ordinat. Rec. tanquam sanctionis specialis verbis stricte inhaerent Dn. Scabini Lips. et non nisi in delato aduersario potestatem denominandi largiuntur; ita Mensa Ian. 1736 ad Praef. M. in causa der Gem. zu G. c. H. H. pronunciarunt. Eandem sententiam adoptauit Ordo noster Mens. Iul. hui. ann. ad Regim. M. in cauf. G. zu Z. c. G. G. v. W. et Cons. his verbis vero sententia concepta erat: daß die von der klagenden Gemeinde Vol. III. fol. 30. aus ihren Mitteln nahmhaft gemachte Personen, des von Bekl. und Mitbekl. beschehnen Einwendens ohngeachtet zu Ablegung des referirten HauptEndes nebst dem vor Gefahrde billig zu admittiren, subiunctis rationibus: dieweil das ius denominandi so in der Erl. und Verb. Proc. Ordin. ad Tit. XIIIX. §. 5. dem Gegentheile in Erwähnung dererjenigen Personen so aus der Gemeine schwören sollen zugeignet, nur von dem Falle, wenn von dem Gegner ganzen Gemeinen der End deferiret, nicht aber de iuramento relato et calumniae disponiret, dahero es in Ansichtung derer übrigen Fälle, bey Verordnung derer Rechte, welche der Gemeinde die Benennung derer Glieder zu Ablegung

gung dergleichen Endes regulariter und wenn sich nicht besondre Bedenklichkeiten und Umstände hervorhun gestatten, verblebet, gestalten auch wenn eine Gemeine dem Gegenpart das Gewissen röhret, und der relation des iuraments gewärtig seyn muß, derselben die Personen, denen von denen ins Gewissen gestellten factis die beste Wissenschaft bewohnet, besser als dem andern Theile bekannt seyn müssen, dergleichen Bewandniß es auch mit dem Eyde vor Gefehrde hat. Nouissime eundem in modum iudicavit Mensl. Dec. h. an. ad Commiss. D. in cauf. G. S. v. C. c. J. H. u. Cons. Dni. Vitembergenses denominandi potestatem regulariter arbitrio universitatis aut collegii commiserunt ceu appareret ex Nob. de BERGER ad ord. Proc. Tit. XIIIX. obs. 12. et L. B. de WERNHER. sel. obs. Vol. III. Part. IV. obs. CLI. num. 593. Fortasse collegia Saxonica suauiter hac in parte consiprabunt. Sed accipe nunc L. B. nomina iuuenum nobilissimorum, iuris cultorum, qui meo sub praesidio in universitatem disputantum ad Pandectarum Librum XXXV. et sequentes, sponte nomina sua profesi, coierunt, in nullius iuraturi verba magistri, sed veritatis indagandae et exercitii gratia, vice mutua opponendo ac respondendo aduersarios aucturi, quos tamen non arbitrium aduersae partis, sed ordo quem hic tenent, ad has functiones designabit. Sunt illi:

**DN. IOHANNES CHRISTIANVS GOEZE**, Lips. Misn.

**DN. IOHANNES FERDINANDVS FISCHER**, Oberschmona-Thur.

**DN. IOHANNES DAVID ROESLER**, Zittau. Lufat.

**DN.**

VIII

DN. IOHANNES GOTTLIEB von SAND,  
Lipsienf.

DN. IOHANNES FERDINANDVS SCHEV-  
EREK, Annaemont. Misn.

DN. ANTONIVS AVGVSTVS BRENIG,  
Dresd.

DN. IOHANNES CONSTANTINVS ZIE-  
GRA, Dresdenf.

DN. GODOFREDVS TELLER, Wurzenf.

DN. CHRISTIANVS GOTTLIEB GOT-  
SCHALD, Neidhardtthal. Schneeberg.

DN. IOHANNES CHRISTIANVS BRAV-  
NE, Dresdenf.

DN. CHRISTIANVS GVILIELMVS THY-  
MEVS, Beuchlinga-Thur.

DN. CHRISTIANVS GOTTLIEB FOER-  
STER, Gefella-Varisc.

DN. CHRISTIANVS CAROLVS KREBS,  
Leisnicensf.

DN. ERNESTVS CHRISTIANVS GODO-  
FREDVS WERNER, Srolberg.

Quorum conflictus, ut Generosiss. et Nobiliss. commili-  
tones, maxime iurisprudentiae operam nauantes, fre-  
quentes concelebrent eosdem humanissime initiat Prae-  
ses. P. P. Dom. XXVI. p. Trinit. MDCCXXXIX.

LIPSIAE  
EX OFFICINA LANGENHEMIANA.

**ULB Halle**  
003 898 946


3



56.







1739, 29.

# LECTORI BENEVOLO

S. P. D.

D. IOHANNES FLORENS  
RIVINVS  
COD. P. P.